posteris suis illius cedit et condescendit perpetue sibi et suis posteris ratione praemissorum silentium imponendo eisdem perpetuum super quietatione mediante.

Turzanski quietat alium

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Petrus Drzewiecki Thurzanski, recedendo a foro suo proprio eiusque declinatione competenti renunciando, iurisdictioni castrensi Premisliensi se cum successoribus haeredibus suis omnibus quoad actum praesentem attinet incorporando et subiiciendo, sanus mente et corpore existens publice palam libere ac per expressum recognovit. Quod a Nobili Stanislao Thurzanski fratre suo germano summam centum florenorum pecuniae monetae numeri Polonicalis, quam idem praedictus Stanislaus Thurzanski eidem recognoscenti bona sua haereditaria videlicet sortem in fundo villae Uhercze consistentem coram iudicio terrestri Premisliensi obligavit, eo modo [illegible] a dictis [illegible] praemissis [illegible] totaliter et plenarie recepit et in manuale levavit levatamque ad se tollit. Rationeque cuius receptionis eundem successoresque suos de summa praedicta centum florenorum pecuniae quietat liberumque ac immunem cum ipsius successoribus facit et pronunciat perpetue. Inscriptionemque [illegible] ab eodem super summam praedictam [illegible] cum omnibus conditionibus punctis clausulis et articulis cassat annihilat mortificat obliterat. Ac de bonis praedictis ea ipsa inscriptione oneratis iam dicto Stanislao Thurzanski tanquam bonorum eorundem proprio haeredi posteris illius cedit et condescendit temporibus perpetuis sibi et suis posteris ratione praemissorum silentium imponendo eisdem [illegible] super quietatione mediante. Quod [illegible] firmatum est.

Baczinski quietat alium

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Iwan Paxin Baczinski, recedendo a foro suo proprio

eiusque declinatione competenti renunciando, iurisdictioni castrensi Premisliensi se cum successoribus haeredibus suis omnibus quoad actum praesentem attinet incorporando et subiiciendo, sanus mente et corpore existens publice palam libere ac per expressum recognovit. Quod a Nobili Lukasz Lechnowicz Baczinski decem florenorum pecuniae monetae numeri Polonicalis, quam idem Lukasz Lechnowicz bona sua sortem nempe agri nuncupata Wolla in fundo villae Baczina consistentem coram officio praesenti obligavit, eo modo [illegible] a dictis praesentibus castrensibus Premisliensibus [illegible] totaliter et plenarie recepit et in manuale levavit levatamque ad se tollit. Rationeque cuius receptionis praemissae eundem [illegible] ea ipsa summa decem florenorum pecuniae quietat liberumque ac immunem cum ipsius successoribus facit et pronunciat perpetue. Inscriptionemque [illegible] super summam praedictam ac bona supraspecificata [illegible] cum omnibus conditionibus punctis clausulis et articulis cassat annihilat mortificat obliterat. Ac de bonis praedictis ea ipsa inscriptione oneratis iam dicto Lukasz Lechnowicz tanquam bonorum eorundem proprio haeredi posteris illius cedit et condescendit perpetue sibi et suis posteris ratione praemissorum silentium imponendo eisdem perpetuum super [illegible] quietatione mediante.

Boriszowska arendat vicecapitaneo Premisliensi

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus [illegible] Ioannes Brzezowski [illegible] Albertum Lutoslawski [illegible] terrae Premisliensis et [illegible] officii castrensis Premisliensis iudicem [illegible] ad suscipiendam [illegible] personaliter. Comparens Nobilis Dorothea consors nobilis [illegible] Boriszowski a terris [illegible] quibus